

juasit se ad ecclesiam deportari. Et cum jam omnia domus sue ordinata haberet, unum veruam suum nomine Decentium, qui ille bene a parvulo servierat, residuum habebat. Jussit eum vocari, et imponens ei manum, ordinavit eum abbatem in praepucio Turonio monasterio. Sicdenique accepta legitime poenitentia non est regressus de Ecclesia, nisi ibi ante sanctum prostratus jacuit altarium diem illum et noctis percurrentem spatium. Ante enim exsurrepte lucis crepusculo, expandens manus ad orationem suum immaculatum est sanctum in manibus Domini

**G**rasias in Notis ad concilium Toletanum x hæc habet: «Eius memoria cum sanctitatis opinione a populis Bracarensibus et Compostellani colitur festo die dicitio ad xvi Kalend. Maii. Corpus ejus in monasterio ab ipso ædificato inter Dunnium et Bracaram sepulture mandatum, postea a Gelmiride primo Compostellæ archiepiscopo Compostellam translatum est, ubi magna populi veneratione colitur.» Monasterium in quo sepultus fuit Montellense vocant, distinctionem a Turonio paulo post memorato, quod prope

tradidit spiritum, qui Sanctos spes coronat per hominem confessionem.

Ad sacratissimum sancti corporis ejus sepulcrum euntibus cunctis perseverant signa virtutis. Nam et insirimi ibi sanantur, et demones effugantur, vel qualcumque moeres ejus invictum postulaverit auxilium, statim plenum a Domino petitionis sue consequitur fructum, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Ieo Patre et sancto Spiritu vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Bracaram situm erat. Quo anno obierit S. Fructusus deslinire non suppetit. Subscripsit concilio Toletoano x, in quo sedi Bracarensi a Patribus in Potamii locum anno Christi 656 suffactus est. Anno iv Wambani regis, Christi 675, Leodecisius cognomento Julianus, Fructuosi successor, concilio Bracarensi subscripsit. Anno proinde circa 671 Fructuosi obitum reponimus. Fructuoso in regimen coequibii S. Petri de Montibus successisse legitur S. Valerius abbas, de quo ad annum 695 agemus.

ANNO DOMINI DCLVI.

# SANCTUS ANNEMUNDUS

EPISCOPUS LUGDUNENSIS.

## NOTITIA HISTORICA.

(Ex Gallia Christiana, tom. IV.)

Et hic quoque omnia, non a neotericis tantum, sed et ab antiquis permiscentur. Beda quippe Venerabilis, Eddius, Stephanus, Fredegodus, et Villelmus Malmesburiensis, de Wilfrido Eboracensi antistite loquentes, quæ Annemundo convenient, Dalphino, qui Lugdunens s archiepiscopus fuerit, attribuunt. Sed inde confutantur primo quod in antiquis indicibus a Chiffletio editis, alisque, nullus inscribatur Dalphini, sed solus Annemundus: his porro domesticis testibus major quam extraneis fides est habenda. Secundo, quod hæc Dalphini Lugdunensis episcopi obreptio, et Wilfridi, et ipsius Dalphini necis temporibus minime convenient: qui enim Dalphinum admittunt, sub Brunechildi, et illius iussu interemptum affirmant, quod Wilfridi chronologice aperte repugnat; ex Beda quippe factus est Eboracensis antistes cum esset annorum circiter triginta, et post quadraginta et quinque annos accepti episcopatus diem clausit extrellum, anno imperii Hosredi quarto. Hosredus vero in regnum Alfridi patris ex eodem Beda successit anno dominice incarnationis septingentesimo quarto. Obiit ergo Wilfridus anno 709, a quibus si demas 75 quos vixit, natus dicendum est anno 634. Quo ergo pacto potuit interesse neoi Dalphini jussu Brunechildis interempti, qui non nisi longe post illius reginae interitum natus est? Inferendum ergo, aut, quod jam diximus, hallucinatos fuisse extraneos illos auctores: aut utrumque Dalphini et Annemundi nomen gestasse præsulem de quo hic agimus, et primum ab extraneis, alterum a nostris ut speciale usurpatum et unice eidemque attributum; nec vana putetur hæc nostra conjectura, siquidem in veteri breviario cameræ Lugdunensis apud Severium hæc leguntur: Igitor Dalphini, seu B. Annemundi martyris vitam expōnam. His prænotatis,

Aunemundus, qui et Aonemundus, et Annemundus, patre Sigonio Lugdunensium praefecto, matre Petronia natus est; fratrem habuit Dalphini, qui

C et ipse post patrem Lugdunensis urbis comitatum habuit; sorores Betronillam et Luciam in coenobio S. Petri profesas. In Dagoberti regis prætoris calitus est. Percharus fuit Sigiberto et Chlodoveo regibus Dagoberti filii, ac regnante Chlodoveo Lugdunensem pontificatum obtinuit. Vir fuit, ut ex veteri jam citato cameræ Lugdunensis breviario refert Severi, affabilis, fortis, humilis, prudeus et instans, in objurgationibus mansuetus, in disputationibus victor, in judicio justus, in bonitate prælatus, in eleemosynis pius, in generositate conspicuus, et in facultatibus letus: tantam denique in eum Dominus suauem contulerat gratiam, ut egregio veneretur a populo, etiam ut gentes eum niterentur placare munieribus; a regibus tamen atque proceribus ita habebatur gratus, ut mox quidquid posceret impetraret, nullusque de aliquibus ad suum profectum quidquam volebat appetere, nisi sua suggestione principi portaret.

Anno 653 subscripsit Chlodovei junioris diplomati quo monasterii S. Dionyui libertatem evolutum. Ejus et aliorum præsulum subscriptiones eradere conatur Cointius, sed eas vindicat Abillonius, quem consule, de re diplom. lib. vi, cap. 7. Jam ante anno 650, juxta Cointii calculos (seu eodem ut aliis placet), Benedictus Bisop. et Wilfridus iter ex Anglia Romanam suooperant, qui cum Lugdunum pervenissent, inquit Beda, lib. v, cap. 20, Wilfridus a Dalphino civitatis episcopo ibi retentus est quia delectabatur prudentia verborum ejus, grata venusti vultus, alacritate actionis, et constantia ac maturitate cogitationis. Unde et omnia quæ necesse habebat abundanter ipsi cum sociis suis donabat: imo offerebat ut si vollet partem Galliarum non minimam illi regendam committeret, ac filiam fratris sui virginem illi conjugem daret, eumque ipse loco adoptivi haberet. At illa gratias agens. . . . respondit ac propositum alterius conversationis habere, et ideo relictæ patria Romam iter agere cœpisse. Quibus auditis

antistes misit eum Romam, dato duce itineris, et cunctia simul quæ necessitas poscebat itineris largiter subministravit, obsecrans ut cum in patriam reverteretur, per se iter facere meminisset. » Promisit Wilfridus et promissis stetit, ac post redditum cum tres annos Lugduni apud eum mansisset, attonus est ab eo, et in tanto habitus amore, ut hæc rem sibi illum facere cogitaret: sed ne hoc fieri posset, antistes crudeli morte præceptus est. » (*Beda, ibid.*)

Causa necis Annemundi in breviario camere Lugdunensis sic refertur: « Dum sublimitatis gloria celsior videretur in coitu, incidit cunctis in odium, qui tractare seditiose corporunt sub clandestina accusatione, dicentes quasi regnum evertre moliretur occulte. Interea facta est conjunctio ex regis imperio in suburbano Aurelianensis urbis.... in quam venerant proceres majores natu, ducesque cum plebeibus. Hoc loco solita vacatione B. antistitem cum fratribus crediderunt adsuturum, sed hic adhuc sessus, quo nuper laboraverat tedium venire non valuit. Sic, quem adversus (eum) conceperant, revelarunt dolum, et ejus germanum quasi praefectum Lugduni, quæ est caput Gallie, vehementer angebant pro falso infidelitatis criminе, rex truncauit capite. Tunc vir Dei, addit libel'us monialium S. Petri Lugdun., ex fratri interitu illico suæ didicit vitæ dispendium: et quia spiritus promptus est, et caro semper infirma, trepidans, paululum ab urbe declinavit presentiam. Sed postea recordatus præmii, martyrio se cupiens munierari, ad proprium reversus est civitatem.... Et jam tribus ducibus præceptum fuerat ut B. pontificem sub fida custodia principi præsentarent, atque si resultasset, extinctum reliquerent. Ocius Lugdunum pervenient. Captus est et abductus; ac, ut fert breviarii monial um antiphona, Cabilone mulcitur; et ut legitur in lectione octava Dominicæ infra octavam: « Cum a praefecto et satellitibus ad locum S. Martialis civitati Aurelianensi vicinum regis presentandus conspectibus duceretur, in territorio Cabilonensi tentoria fixerunt. Ubi timentes ne gratiam apud regem inveniret, eorumque machinamenta reducerent ur ad nihilum, initio consilio eum nocte occiderunt. » Aderat Wilfridus, magistrum secutus et desiderans cum eo pariter occidere: sed hunc ubi peregrinum, atque de natione Anglorum cognoveret, neque eum trucidare cum suo voluere possit. »

Tempus ejus necis difficultatum seges est.... « Brunechildis regina, inquit Beda, lib. v, cap. 20, missis militibus episcopum jussit interfici, hoc est ante annum 616, quod stare nequit, ut jam initio bujus articuli demonstravimus. Unde viri doctissimi censent verba haec *Branechildis regina*, male in Bedæ textum irrepsisse. Alii sub Clotario tertio et Bathilde regina martyrio coronatum propugnant: ita vetus breviarium camere Lugdunensis; quasi regnum Clotarii III moliretur occulte et infra: « conceptum quein adversus B. pontificem conceperant, revelarunt dolum, et ejus germanum. .... Rex et Bathilde regina truncaverat capite. » Verum, breviarium illud manifeste corruptum videtur, ut ipse Severius fatetur. A primo ergo illius loco, haec duo verba Clotarii III sunt expungenda; in altero vero, haec delenda voces barbaræ, germanum ejus (Rex) et Bathilde regina truncaverat capite. Ratio est quod in breviario monialium S. Petri, et libello cœnobii a Severtio citatis, nonna Clotarii et Bathilde, immo et Ebroini omittantur. Sed et id palam est ex chronologia S. Wilfridi. Jam ostendimus eum natum fuisse anno 634. Cum solvit ex Britannia sexdecim circiter annorum erat, uti non obscure testatur Beda, lib. v, cap. 20, dicens: « ubi quartum decimum ætatis contigit annum, monasticam seculari vitam prætulit... pater... annuit. Venit ergo in insulam Lindisfarnensem, ibique monachorum famulatu

A se contradens, diligenter ea quæ monasticae castitatis erant, et discere curabat et agere... didicit psalmos et aliquot codices, nec dum quidem attonus... in quo monasterio cum aliquot annos Deo serviret, animadvertisit... minime perfectam esse virtutis viam quæ tradebatur a Scottis, proposuitque animo venire Romam, et qui ad sedem apostolicam ritus ecclesiastici, sive monasteriales servarentur, videre. » Hanc in rem adiit reginam Eansledam, quæ misit eum ad regem Cantiae Erconbertum, ut eum Romam honorifice transmittetur; ubi cum aliquaudiu demoratus fuisset, Benedictus cognomento Biscop. cupiens et ipse Romam ire advenit, sicutque ambo profeci sunt. Ex his liquet jam 14 annos natum monasterium adiisse, ad minus duos annos commoratum, conceptoque Romam adeundi consilio, reginam, et Cantiae regem adiisse et denique, ut probabilissimum est, annos natum 17 Romanum iter aggressum fuisse, Lugdunum mari terraque petiisse, moram ibi aliquandiu fecisse, exinde Romam profectum, in ea civitate aliquo tempore, ut quæ decreverat exsequetur, mansisse, Lugdunum reversum tres annos ibidem apud Annemundum mansisse, nec inde nisi post antistitis neci recessisse. Ex quibus evidens est S. antistitem neci traditum sub Clodoveo anno 655 aut 656. Eum Lugdunenses ut martyrem colunt iv Kalend. Octobris.

S. antistitis corpus Lugdunum miraculo delatum fuisse videtur, nam ut habent veteres chartæ parthenonis S. Petri apud Severi. posulum in navicula Araris absque nauclero, seu quocunque ductore, Lugdunum directum fuit. Ita mira, quacunque pars transiret, omnia cymbala quæ in his locis erant, absque agitante sonuerunt; atque duo candelabra argentea divinitus desuper lucentibus, sancto corpori in navi continuo adhaeserunt. Quod a clero Lugdunensi et cibis est receptum cum fletu maximo, gaudio tamen permixto. Et... cum quisque tantum sibi vindicare vollet thesaurum, et ad propriam deferre ecclesiam, nullatenus de loco dimoveri potuit. Qua de re valde admiranti sunt omnes, atque suspiciati id cause, quod nondum adesset processio monialium monasterii S. Petri. In eo enim erant duæ Deo dicatae B. Annemundi sorores, quæ accersitæ devote illuc accesserunt. Quo cum pervenissent sorores, corpus fratris sui esse cognoverunt. Tunc sanctum corpus divinitus motum ad eas appropinquavit, satis clare innotescens apud easdem velle sepeliri..... obsequiis itaque funeralibus ab omnibus qui convenerant viris ecclesiasticis solemniter et cum maximo honore peractis, sanctoque B. martyris corpore in dicta S. Petri ecclesia recenter tumulato.... adfuit quidam cæcus, visuque recepto, duas lampades obtulit, perpetuoque cum olei liquore lucere ordinavit. » Idem testatur Leidradus in litteris ad Carolum Magnum dicens: « Monasterium puellarum in honorem sancti Petri dedicatum, ubi corpus S. Annemundi humatum est, quod ipse S. martyr episcopus instituit, ego fundavi cum ecclesia, quam domum restauravi. » Non me latet S. Nicetii canonicos sacrum illud corpus in suis cryptis conditum affirmare. Nostrum non est has lites definire, utriusque parti argumenta qui voluerit perpendere, Severtium adest, qui ea abundanter subministrat. Valet tamen apud me plurimum Leidradi testimonium.

Nescio quo fundamento nixus asseruerit Severt. Annemundum Clotarii, Clodoveo ex Bathilde regina anno ut videtur 651 nati patrinum fuisse; cum et id nullus scriptor antiquus asserat, et S. Audoenus in Vita S. Eligii noteat eum Bathildi prædictissime masculam prolem in utero ejus gestari, addatque. « Haec autem omnia sicut prædictum, ita demum rerum eventus probavit: nam et reginæ filium protulit, et Eligius eum filiolum habuit; ac nomen ejus Clotarius quod dudum indiderat, vocavit. »